

L'OSSERVATORE ROMANO

GIORNALE QUOTIDIANO



POLITICO RELIGIOSO

Unicuique suum

Non praevalebunt

Domenica 28 agosto 2011

Il cardinale Martino a Cava per il millennio dell'abbazia della Santissima Trinità

Nella stessa data è stata anche pubblicata la nomina del cardinale Renato Raffaele Martino, presidente emerito del Pontificio Consiglio della Giustizia e della Pace, a inviato speciale del Papa alla celebrazione del millenario dell'abbazia della Santissima Trinità di Cava, in programma il 4 settembre. Il porporato sarà accompagnato da una missione composta

da padre Bruno Marin, O.S.B., abate presidente della Congregazione sublacense con sede al monastero di Sant'Ambrogio a Roma, e padre Pietro Vittorelli, O.S.B., abate di Montecassino con sede all'archicenobio di Montecassino. Di seguito la lettera di nomina inviata dal Pontefice al cardinale Martino.

illi interesses personamque inibi Nostram gereres. Itaque permagna moti affectione, te MISSUM EXTRAORDINARIUM NOSTRUM renuntiamus et constituimus ad celebrationem die IV mensis Septembris millenariam Abbatiae Sanctissimae Trinitatis Cavensis agendam.

Universis igitur participibus ac familiae potissimum Benedictinorum voluntatem Nostram benignam ostendes, ac pariter cohortationem ad pristinam illam pietatem repetendam atque salubria praecepta tenenda. Omnibus Nostro nomine auctoritateque Benedictio-nem Apostolicam impertias volumus, quae sit animorum renovationis signum et futuro de tempore supernarum gratiarum documentum.

Ex Arce Gandulfi, die IV mensis Augusti, anno MMXI, Pontificatus Nostri septimo.

Benedictus 11 2011



Venerabili Fratri Nostro
RENATO RAPHAELI S.R.E.
CARDINALI MARTINO
Pontificii Consilii de Iustitia et Pace
emerito Praesidi

Millenaria iam appetit memoria ex quo tempore Abbatia Sanctissimae

Trinitatis Cavensis condita est. Ex illa aetate monasterium feliciter multumque crevit, ita ut alia coenobia gigneret, quae sancti Benedicti diffunderent praecepta et Salvatoris salutaria beneficia. Complures insuper inibi praestantes exstiterunt viri tum sanctitate, tum doctrina, tum operositate, qui saeculorum decursu ipsum monasterium collustrarunt et in populum spiritualia et corporalia subsidia converterunt.

Admodum ideo aequum est et convenit ut eventus hic congruenter commemoretur et optimo iure extollatur. Celebratio enim haec copiam dat et facultatem non tantae antiquitatis dumtaxat memoriam repetendi, verum homines ad ferventiorum religionis sensum, firmiorem fidem certioraque

proposita permovendi, insignibus instantibus huius Abbatiae christianae fidei exemplis.

Ipsa igitur miserenti favente Domino, mense proximo Septembri sollempniter mille annorum recoletur huius Abbatiae memoria, frequenti adstantium monachorum fideliumque corona, cum ipsius primordia revocabuntur ac superiorum fastorum documenta.

Quocirca, cum Reverendissimus Pater Iordanus Rota, Abbas Administrator Apostolicus Abbatiae Sanctissimae Trinitatis Cavensis, rogavisset ut Purpuratum Patrem mitteremus, huic postulationi obsecundandum iudicavimus, quo ritus ille elatius et luculentius explicaretur. Ad te ideo, Venerabilis Frater Noster, cogitationem convertimus, qui idoneus videreris ut eventui